

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

THEOGNI.

DIS MEGARENSIS SENTENTIAE Elegiacæ, Græcè & Latine,
unà cum eiusdem argumenti reliquijs,

Phocylidis	Rhiani
Pythagoræ	Eratosthenis
Solonis	Panyasidis
Tyrtæi	Lini
Naumachijs	Menecratis
2. Callimachi	Posidippi
1. Mimnermi	Metrodori
Eueni	Simonidis:

Senariorum libello.

Omnia in usum Schôlarum collecta, & ad uerbum conuersa per Eliam Vinetum, & IACOBVM HERTELIVM Curien. Variscum: Carmine uerò Latino partim à Hieronymo Osio Turingo, partim ab alijs expressa.

ACCESIT in studiosorum gratiam;
Homeri Batrachomyomachia, item Latino carmine à Hier. Osio reddita.

BASILEAE.


Bayerische
Staatsbibliothek
München

Christophory Otto Comes & Dns in
Schallenberg &c. Praepositus Con-
-staadiensis ab a. 1693, Canonicus
Augustanus ab a. 1672, eisdemq;
ecclesia Decanus ab a. 1721. natus
a. 1655, 6. Junii, hora 8. ma-
-tutina in Hagen prope Linds
Austriae Superioris, Patre, Comite
Christophoro Ernesto &c. matre,
Christina, nata Baroniſſa Schi-
-ferin &c. denatus a. 17...

IACOBVS HERTELIVS

*Iodoco Iungio Brisacensi, optimæ
spei adolescenti,*

S. D. P.

 Vando quidē, IODOCE cha-
rissime, nihil animis homi-
num magis inhæret, quàm
id cui à teneris consuescūt:
idq; quod tenerum est, ut
ait Seneca, proximis applicatur: uniuersæ
hominum societatis permagni inter-
est, ut ab ineuntibus statim annis morta-
les optimis, quæ per totâ uitam usui fu-
tura sint, assuescere discant. Quia uerò æ-
tatis imbecillitate iuuentus ad malum
quàm ad bonum procliuior, minus con-
siderat, profutura ne an obfutura sint
quæ tractat: opus est, ut per adultiores,
quibus cura eius qualicunq; modo incū-
bit, à turpibus ad honesta, à uitijs ad uir-
tutum amorem deducatur. Id autem nul-
la commodiore uia, quàm per liberalem
institutionē, fieri potest. Tâta enim eius
uis est in utrâq; partem, ut nulla tam bo-
na possit esse natura, quin illius quasi ex-
colendæ cura intermissa, uitiosa redda-
tur:

tur: nulla item tam mala sit, quæ non ad frugem liberali ac fideli institutione redigatur. Proinde cum adulta hominum ætas ad omnia minus docilis tractabilisq; sit, quàm rudes illi iuuentutis anni, qui instar ceræ quamlibet impressione admittunt facile: tum generosi mores, ut ille ait, imbuendi sunt, cum tener est animus: tum optimis assuescendum, eaq; discenda quæ nec grandinè, nec uim, nec Iouè ipsum, ut Plato inquit, extimescât: quæ quoq; cum naufrago salua eratare, nec à latronibus eripi queant, cū ad quæuis cereum adhuc est ingeniū. Nam postquam annis iam quasi dirigit animus, partim ægrè, quorū praua consuetudine fuimus infecti, dediscimus: partim, quæ nescimus, nō nisi maximā nobis inculcari difficultate possunt. Quod elegātissima metaphora hac respexisse uidetur Ouid.

Quæ præbet latus arbor spaciantibus umbras,

Quo posita est primum tempore, uirga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,

Nunc stat in immensum uiribus aucta suis.

Hęc perita rerum antiquitas cōsiderans, quæ nihil non egit ut Republicæ optimè constitutæ in suo flore permanerent,
iuuen-

iuuentutem, ceu seminarium totius hominum conuersationis, optimis quibusuis non tam artibus & disciplinis, quàm morum uitæque præceptis imbuendam curauit. Non ignara, & sine literis rudes inertesq; & cum literis parum utiles fore homines, nisi honestati uitæ quàm primùm assueferent. Plus enim deficere quàm proficere eum qui doctrina proficit, & moribus deficit, præter ueterum sapientum testimonia, quotidiana docet experientia. Non aut quæuis temerè, & citra delectū, teneris puerorū animis obtrudi passa est: sed eos autores, qui & pietatem, & præcepta de morum uirtutibus continerent, proposuit. In quorum autorum numero, Poetæ, qui uel mira ingenij industria clarorum uirorū egregia facta in exemplum posteritati descripta reliquissent, uel quàm breuissimis, maximeq; illustribus sententijs doctrinā morum essent complexi, suo quodam iure facile primas obtinuerūt: unde & nomē illorum in maximo cultu, maximaq; ueneratiōe apud optimos quosuis extitisse non ignoramus. Plato, philosophiæ quidam sol, huiusmodi Poetas non du-

bitat nunc deorum filios, nunc prophetas appellare. Et tantum abest ut è Republicæ suæ eiecerit (quod ijs fecisse legitur, qui diuina poetice arte ad lasciuiam, turpesq; amores abusi erant) ut & ipse testimonijs eorum usus, & alijs exemplo suo præclarissima ipsorum monumeta euoluendi autor fuerit. Sicut eius rei locuples testis est honestissima creberrimaq; apud ipsum Solonis, Tyrtaei, Homeri, Hesiodi, & aliorum melioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius Apollinis oraculo sapiens pronunciatus est, Euripide Tragico familiarissimè usum esse, nemo nescit. *μυσὸν θέρ' ἀποντες, καὶ αὐτῶν ἀροτήρες*, ab Hesiodo & Pindaro nūcupantur. Strabo autem lib. 1 de Situ orbis scriptū reliquit, ueteres *τὴν πρώτην ποιητικὴν*, ut omnium doctrinarū antiquissimam, philosophiam quandam perhibuisse. Quippe quæ à teneris nos unguiculis ad uiuendi rationes perducatur, mores atque affectus edoceat, quæq; gerenda, declinanda uel sint, quadam cantus suauitate præcipiat. Et quo magis suâ erga huiusmodi *ἠθικὸν ποικίαν* gratitudinem testatam redderēt, iuuenesq; ad bonarum rerum studia, morumq;

rumq; integritatem excitarent: statuis ac imaginibus eos honestari, poemata ipsorum in publicis Deorum celebritatibus, alijsq; conuentibus recitari, optimasq; sententias templorum foribus, tanquam Deo dignas, imò ab ipsis Numinibus usurpatas, affigi, nec nò aureis preciosisq; materijs insculptas ad omnem posteritatem conseruari curauerunt. Quemadmodum ex Platone, Xenophonte, Pausania, Plutarcho, Athenæo, alijsq; uetustissimis scriptorib. & iam dicta, & alia plura, de Poetarum excellentia & utilitate cuius obuia sunt: nec patitur epistolę angustia huc omnia referre. Etsi uerò Christianę professionis homines, sincerę Religionis Piëtatisq; studium nò ab huiusmodi autoribus, sed ex sacrosanctę Scripturę fontibus petere debēt & possunt, ut quę sola salutem & æternam beatitudinem per IESV CHRISTI, ueri Dei ueriq; hominis meritum credentibus paratam esse monstret, præceptaq; ad Christianam uitã utilia copiosissimè præscribat: tamen Poetarũ quoq; (qualium scripta iuuetuti proponimus, & ut ab alijs idē fiat omnib. uotis optam⁹) lectionē &

usurpatam, & in non contemnendo precio habitam, habendamq; esse, grauissima sanctissimorum in Ecclesia Dei uirorum exempla & auctoritates comprobât: quarum paucissimas, ob eos qui parum dextrè de illustribus Poetarum monumentis sentiunt, in mediũ proferre placuit. D. Paulum, electum illud Dei omnipotētis organũ, Poetarũ libros e uoluisse, & ut etiã Clemens ait, ad ædificationem curamq; aliorum, testimonijs eorum uti non erubuisse, Sacrarum literarum ueritas testatur. Sic enim Act. 17. ubi Deum esse probat, Aratum uetustissimum poetam citat. 1 Cor. 15. ex Menandro Comico malorum consortia fugienda monet, quòd prauis colloquijs boni mores corrumpantur: quod testimonium in Comicis nostris nõ est omissum. Cretensium mores, Tit. 1. ex Epimenide uate Cretensi graphicè depingēs ait: *κρηται ἀειψύσαι, κακὰ θηρία, γαστέρις ἀργαί.* Gregorius Nazianzenus, ob excellentiam Theologus dictus, scriptis Poetarum mirè delectatus est: & sacrorum carminum uolumen posteritati reliquit, quod non solùm priscis temporibus propositum est

est pueris (ut Socrates, Sozomenus, Orosius & Eutropius scribunt) uerum etiam hodie à doctissimis uiris in delicijs habetur & excolitur. Quid de Iohanne Chrysostomo, patriarcha Constantinopolitano sub Arcadio & Honorio Impp. anno Christi 401. dicam, qui Aristophanis Comædijs etiam noctu pro puluino usus est? Quid de Eustathio Thessalonicense, cuius etiam hodie eruditissimi in Homerum, ingeniorum fontem, commentarij extant? Neque mihi hoc loco temperare queo, quo minus etiam D. Basilij Cæsariensis, cui uirtutum splendor Magni cognomen peperit, uerba adscribam, de seiorum Poetarum lectione, qui bonorum hominum dicta facta ue narrassent: quales præ cæteris fuerunt, Homerus, Hesiodus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtaeus, & alij. Sic ergo in Admonitione ad adolescentes, quo pacto ex gentilium scriptis proficere queant, ait: ἐπὶ τούτου παρασκευὴν καὶ ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν αὐτὴ μέλλει πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἐσιῶσαι. καὶ μετ' ὀλίγον. εἰ μὴ οὖν ἐστὶ τις οἰκειότης πρὸς ἀλλήλους

τοῖς λόγοις, πρῶτον αὐτῶν ἡμῶν αὐτῶν ἢ γνώσις γέ-
 νοιτο. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τό γε παρ' ἄλληλα θούτας, κα-
 ταμαθεῖν τὸ διάφορον οὐ μικρὸν εἰς βεβαίωσιν τῆ
 βελτίονος. Hoc est: Poetis & oratoribus, om-
 nib. hominib. utendū, unde futura sit
 aliqua utilitas, quæ ad animæ faciat ædi-
 ficationē. Et paulo pòst: Et si nostrorū
 sermonū atq; gentilium ulla est conveni-
 entia, nobis illorum ualde conferet noti-
 cia: sin minus, eos saltem simul confere-
 do, differentiam discere licebit, cum ad me-
 lioris optionem atq; delectum non parū
 comparatio ualeat, & inferiora sæpe col-
 lata sint potioribus ornamento. Nec ab
 his dissentit Philo sapiētissimus, dum li-
 bro de Agricultura, de puerorum studijs
 in hunc modum differit: *ἐν τῷ βίῳ ἢ τῶν μὲν
 ἐν ἡλικίᾳ παιδικῇ ψυχῶν μοχλῶματα, ὧν ὁ παρ
 πρὸς αὐτὸς τιβυθίσεται. ἐστὶ δὲ ταῦτα, ἢ τῶν γραμ-
 ματικῶν ἀναγινώσκων ὀρθογραφίας ἐπιτήδευσις, ἢ τῶν πα-
 ρὰ σοφοῖς ποικταῖς ἀπειρηθῆς ὄρσυνα, γεωμετρία,
 καὶ ἡ περὶ τῶν ῥητορικῶν λόγων μελέτη, καὶ ἡ σύμ-
 πασα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας μουσική.* Quæ uer-
 ba Latinis auribus sic sonāt: Inferam au-
 tem primū in puerilis ætatis animas,
 furculos, quorum fructus ipsas enutriat.
 Sunt autem hi, scribendi legendiq; certa
 indu-

DEDICATORIA. 11

industria, eorum quę apud sapientes poetarum habentur diligens scrutatio, geometria, oratorię facultatis meditatio, & uniuersa liberalis musica. Atque hæc quidem de Poetarum autoritate & lectione paucis attrigisse, non planè *ἐκτός τῶν ἐλεῶν*, sufficiat. Haud enim parem humeris susciperem prouinciam, si ex singulis Christianis scriptoribus (ut de gentiliū myriadibus taceam) Poetarum & laudes colligere, & osorum calumnijs occurrere conarer. Ego itaq; tantorum uirorum iudicio & consilio incitatus, iuuenturi, cuius informadæ mihi quoq; curâ scis incubere, hac in parte, quod ad optimorū Poetarum studium atinet, labore quidē duro, animo uerò non ægio consulere studeo: cum hanc meam esse Spartam non ignorem. Mirificè enim peritæ rerum antiquitatis, quæ, ut Plato uult, *κρείττωρ ἄμα διὰ ἑγγυτέρα θεῶν ἐγόνετο*, exemplum sequi, & quantum par est, alijs ad idem faciendum autor esse placet. Hac de causa, cum labores nostros, quos in Comicoꝝ L. scriptis ab interitu uindicandis exhaustimus, meliorū literarum studiosis non ingratos animaduertarem: *facilè, nūquam*
satis

fatis laudati uiri D. Ioánis Oporini, cō-
 patris ac amici mei obseruandis. cōsilio
 acquieui, qui me, ut horum quoq; poeta-
 rum, quos hic damus, scripta collecta iu-
 uenturis studijs communicarem, incita-
 uit. Theognide ergo *γυναικωτάτω*, cum
 uersione & doctissimis ELIAE VINETI
 Annotationibus, ex arbitrio D. Typogra-
 phi, præmissis, reliquorū Poetarū omniū
 scripta ex diuersis hinc inde autoribus
 - congestimus, congesta fideliter interpre-
 rati sumus, & ad puerorū captum quàm
 proximè accommodauimus. Nec iuue-
 nilibus in genijs inutilem hanc nostram
 operam fore speramus. Castissima enim
 saluberrimaq; de moribus præcepta pro-
 ponit, quæ usum non pœnitendum in o-
 mnes uitæ huius partes, si rectè percipiã-
 tur, sint allatura. Præterea Græcæ lingue
 (quæ comprissima est in his autoribus)
 cum Latina collatio, non parum emolu-
 menti ad uberiolem eruditionis thesau-
 rū comparādum adferet: ijs præsertim,
 qui aliàs uiua magistri uoce destituti, ipsi
 sibi præceptores esse in Græca literatura
 coguntur. ut plures commoditates, quas
 præter iuniores etiam adulti hinc hauri-
 re pos-

re possunt, sciens præteream. Non parum tamen doctissima Stobæi interpretatio, unde non paucas sententias transcripsimus, nos iuuit. Versionem Latino carmine, sui cuiq; interpretis nomine præfixo, ne alienis nos ornare plumis uideremur, subiecimus, ut Græcæ elegantia cum Latina melius perspiceretur conuenientia, ab ijs qui iam absq; cottice in Græco studio natare queunt. Nōdum carmine redita, pro nostra tenuitate pedibus astrinximus, ita ut quàm proximè Græca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis uarietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Senariorū insertus est, ut quàm absolutissimam de moribus, totaq; uita laudabiliter instituenda doctrinam, optimorum hoc Poetarum Opus teneris puerorum animis proponeret. Et hæc quidē omnia nunc secunda hac editione magis exornata & emendata.

Ne uerò, charissime IODOCE, mireris cut sub huius nostri laboris initium mentionem tui fieri uoluerim, breuiter causæ iustæ sunt exponēdę. Cum in priore editione dedicatio parum feliciter celsisset,

(distan-

(distantia'ne loci, an temporis intervallo contigerit, ut ex eorum animo effluxerim, quibus pro benevolentia dudū exhibita gratificari uicissim conabar, incertū est) uiri quidam doctissimi & præceptores optimè meriti auctores erant, ut in altera editione his meis, qualescunq; sunt, lucubratiunculis alium quendam patronum eligerem & præficerem: Nemo igitur, hoc quidem tempore, mihi sese obtulit, quàm tu IODOCE optime, cui gratius futurum hoc Poetarum opus confiderem. Nam primū uerè tibi testis esse possum, te, ex quo meæ disciplinæ & domesticæ cōsuetudini fuisti cōmissus, mei semper & amantissimum & studiosissimum extitisse: ab instituentis, præcipientis, monentisq; ore attentè pependisse: & in summa, nihil quod fidelis discipuli erga præceptorem suum est, abs te alienū putauisse. Quæ res fecit, ut supra modum animus meus amore tui fuerit incensus: præsertim cum animaduertērem te hanc laudem cum paucis hodie discipulis (quæ peruersitas est hominum nostro seculo deplorata) communem habere. Huc accedebat diligentia, qua tantos qui-

quidem non inuita Minerua progressus fecisti me præceptore, ut non sine laude & maximi fructus spe ad grauiora studia & publicas lectiones aditus tibi sit concessus. Et nunc quidem optimas in liberalibus disciplinis procedendi occasiones habes: non desunt præceptores, & fidelitate & eruditione præstantissimi: & quod ego maximi facio, exemplum domi habes omnium uirtutum & morum integritatis, grauisimum uirum tuum auunculū, meum amicum, D. IOANNEM VITVM SCHEIB, Iuris utriusq; Doctorē excellētissimū. Huic nihil gratius, nihil optabilius, nihil etiam iucundius esse sat scio, quàm si te optimarum artium sciētia excultū, nec nō honestate uitę, morumq; probitate exornatū uiderit. In te enim uenerandę suę senectutis unicam subsidij spem positam habet, te ut animā suā paterno amore prosequitur: & quod singulare Dei donum est, ita quę tua sunt curat, ut parentum præsentia quidē, non autem fide, cura & amore priuatus meritò uidearis.

Age igitur Iodoce suauissime, perge ut cœpisti in cursu honestatis persistere: *stude*

de quantum potes, expectationi tanti uiri tuorumq; amicorum satisfacere : fuge quæ quocūq; modo honestati labem afferre possent: amore sincero tuos præceptores observa. Et ne plura, lege, quæ optimi hi autores (quos ideo tibi nunc dicandos esse censui) & grauissimè & doctissimè scripserunt: tum (inuocato prius ad omnia diuino Numine, pro successu felici) & hæc, & reliqua quæ ad officium honesti adolescentis requiruntur, assequeris. Accipe etiam hoc qualecunq; animi mei apud te *μνημόσυνον*, sincero animo: & ut cœpisti, me amare non desine. Vale, cū domino auunculo tuo ornatissimo. Datæ Basileæ, ex ludo nostrō ad D.

Petrum, Calend. Iulij,

1563.

IN-

re possunt, sciens præteream. Non parum tamen doctissima Stobæi interpretatio, unde non pauca sententias transcripsimus, nos iuuit. Versionem Latino carmine, sui cuiq; interpretis nomine præfixo, ne alienis nos ornare plumis uideremur, subieciimus, ut Græcæ elegantia cum Latina melius perspiceretur conuenientia, ab ijs qui iam absq; cortice in Græco studio natare queunt. Nōdum carmine redita, pro nostra tenuitate pedibus astringimus, ita ut quàm proximè Græca sententia exprimeretur, Alicubi lectionis uarietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Senariorū insertus est, ut quàm absolutissimam de moribus, totaq; uitæ laudabiliter instituenda doctrinam, optimorum hoc Poetarum Opus teneris puerorum animis proponeret. Et hæc quid ē omnia nunc secunda hac editione magis exornata & emendata.

Ne uerò, charissime IODOCE, miteris cur sub huius nostri laboris initium mentionem tui fieri uoluerim, breuiter causæ iustæ sunt exponēde. Cum in priore editione dedicatio parum feliciter cessisset,

b

(distan-

(distantia' ne loci, an temporis interuallo contigerit, ut ex eorum animo effluxerim, quibus pro beneuolentia dudū exhibita gratificari uicissim conabar, incertū est) uiri quidam doctissimi & præceptorum optimè meriti autores erant, ut in altera editione his meis, qualescunq; sunt, lucubrationculis alium quendam patronum eligerem & præficerem. Nemo igitur, hoc quidem tempore, mihi sese obtrahit, quàm tu IODOCE optime, cui gratius futurum hoc Poetarum opus confide-rem. Nam primùm uerè tibi testis esse possum, te, ex quo meæ disciplinæ & domesticæ cōsuetudini fuisti cōmissus, mei semper & amantissimum & studiosissimum extitisse: ab instituentis, præcipientis monentisq; ore attentè pependisse: & in summa, nihil quod fidelis discipuli erga præceptorem suum est, abs te alienū putauisse. Quæ res fecit, ut supra modum animus meus amore tui fuerit intensus: præsertim cum animaduertērem te hanc laudem cum paucis hodie discipulis (quæ peruersitas est hominum nostro seculo declarat a) communem habere. Huc accedebat diligentia, qua tantos qui-

quidem non inuita Minerua progressus fecisti me præceptore, ut non sine laude & maximi fructus spe ad grauiora studia & publicas lectiones aditus tibi sit concessus. Et nunc quidem optimas in liberalibus disciplinis procedendi occasiones habes: non desunt præceptores & fidelitate & eruditione præstantissimi: & quod ego maximi facio, exemplum domi habes omnium uirtutum & morum integritatis, grauisimum uirum tuum auunculū, meum amicum, D. IOANNEM VITVM SCHEIB, Iuris utriusq; Doctorē excellētissimū. Huic nihil gratius, nihil optabilius, nihil etiam iucundius esse sat scio, quàm si te optimarum artiū sciētia excultū, nec nō honestate uite, morumq; probitate exornatū uiderit. In te enim uenerandę suę senectutis unicum subsidij spem positam habet, te ut animā suā paterno amore prosequitur: & quod singulare Dei donum est, ita quæ tua sunt curat, ut parentum præsentia quidē, non autem fide, cura & amore priuatus meritò uidearis.

Age igitur Iodoce suauissime, perge ut cœpisti in cursu honestatis persistere: stu-

de quantum potes, expectationi tanti uiri tuorumq; amicorum satisfacere, fuge quæ quocūq; modo honestati labem afferre possent, amore sincero tuos præceptores obserua. Et ne plura, lege, quæ optimi hi autores (quos ideo tibi nunc dicandos esse censui) & grauissimè & doctissimè scripserunt: tum (inuocato prius ad omnia diuino Numine, pro successu felici) & hæc & reliqua, quæ ad officium honesti adolescentis requiruntur, assequeris. Accipe etiam hoc qualecunq; animi mei apud te *μνημόσυνον*, sincero animo: & ut cœpisti, me amare non desine. Vale, cū domino auunculo tuo ornatissimo. Datæ Basileæ, ex ludo nostro ad D.

Petrum, Calend. Iulij,

1563.

HIE-

HIERONYMVS OSIVS

candido Lectori S.

Cum præter alios autores Græcos, & Theognidis sententiâs ijs enarrarē adolescentibus, qui me priuato præceptore utūtur, et horū aliquos ad artē Poeticam procliuēs, ac idoneos esse, uena ipsorum ostenderet: ut ad exercitia Poetica meo eos exemplo eò magis incitarē, Theognidis, aliorumq; Græca Poemata Latino carmine ita quidē uerti, ut & uerba & sententiâs autorū, quantū omnino fieri potuit, disertē & perspicuē expresserim: ut nō dubitē candidū ac eruditū lectore fassurū esse, meā uersionē uel cōmētarij loco in hos scriptores esse posse.

Quanto uerò labore opus fuerit antè, quàm hoc præstare potuerim, & propter obscuritatē sententiariū, & confusancā earundē farraginem uerū sensum assequi, ac perspicuē reddere: lectores peritos artis Poeticæ, ac candore & iudicio præditos, iudices facio. Adeò autem suaues, ac plenas doctrinæ sententiâs Theognis, Pythagoras, Phocylides, & reliqui tradiderūt, ut de eis iure dici illud Horatij posse uideatur: Omne tulit pūctū, qui miscuit utile dulci.

Hæc Poemata cum ego, quo potui, Dei beneficio, carmine perspicuē reddiderim: spero hunc meū laborem adolescentibus literarū studiosis gratum ac utilem fore. Vale candido Lector, & meas hæc lucubratiunculas qualescunq; boni consule.

ELIAS VINETVS SAN-
to, Lectori.



V M ocij plurimum anno superiore apud Franciscū Sangelasū Engulifmēsis Ecclesiæ Decanū, uirum cum generis splendore, tum ingenij dextertate apprimè nobilè, nactus fuifem: id totū, quantū per aduersam ualetudinè licuit, in iucūdiſſima Græcorū poetarū lectione à me cōtritum est. qua quidē in re cōſilium eorū lubens ſecutus ſum, qui antiquoſ ſcriptoreſ eo legendoſ ordine cēſent, quo & uixerunt & ſcripſerūt: quòd recentioreſ à uetultioreſ. ſemper habeāt quidpiā, quod non facilè intelligaſ, niſi priuſ illoſ diligenter legeriſ. Perlectiſ igitur, quorū fuit copia, uetuliſſimiſ quibuſq; cuiuſmodi ſunt Homeruſ & Heſioduſ, Theognidē tandē in manuſ ſumpſi: cuiuſ ſentētiāſ licet graueſ eſſe nō dubitarē, eo tamē intellectu mihi facileſ fore ſperabā, quòd credere nihil eſſe illic quod à poſterioribuſ, quoſ aliquando legerā, nō fuiſſet luculētius tractatum. Verūm uix dum è portu ſoluerā, cum tot ſubitò emergunt ſcopuli, tot ſtatim obortæ nubeſ, cœlūq; diēq; eripiunt oculiſ, ut à propoſito facile hiſ deterrituſ fuiſem, niſi cupido huiuſ cōficiēdi æquoriſ me planè obſtinata iam inde cepiſſet, ex quo primūm à præceptorib. meiſ Ariſtoteliſ aliorūq; ueterū ſcripta prælegi mihi cœpta fuerāt, quę huiuſ poetę ſentētiſ ueluti ſuauiſſimiſ ſoſculiſ inſperſa eſſent.

Cū igitur pergere obfirmato proruſ animo certū eſſet, quę ad tā difficilē periculoſamq; rē confi-ciendā cōducere uifa ſunt, ea diligēter omnia adhibui,

bui, cuiusmodi sunt cum uariorū codicū, locorūq;
 ex eodē autore ab alijs scriptorib. citatorū diligēs
 collatio: tum syncerū & ære amicorū meorū, ui-
 rorū doctorū, unā cum meo, iudiciū: inter quos Pe-
 trus Panætius, & Iacobus Gypylus, facilē princi-
 pes. qua quidē diligētia abscisis, abiectis, trāspō-
 tis multis, effectū tandē est, ut instituto satisfete-
 rim meo, perlegerim bonū poetā, eorumq; quæ in
 eo corrupta erāt, bonā magnāq; partē obiter casti-
 gauerim. Ceterū cū in eo totus essem, Ioan. Lo-
 doïco Tiletano, typographo diligētissimo, rē pate-
 feci, cum in eius bibliopoliū, quærēdi ex eo exem-
 plaris gratia aliquādo me cōtulisset: quā ubi intel-
 lexisset, rogauit uehementer, ut si quid haberē in
 eum autorē, quē esset breui excusurus, cōmunica-
 rē. me sibi, studiosisq; omnib. gratum facturum. Id
 autē perfacilē impetrauit ille, quādo ineunte hac
 ætate huc ueni, cādide lector: cui in tuā gratiā pu-
 blicā dum tradidi, quicquid fuit nostri in Theogni-
 dē laboris. quē autorem utinā tā totum restituere
 omnino potuiffem, quā cupiebā. Is enim tam de-
 prauatus fuit, tā lacer, tam mācus, ut nulla diligen-
 tia, nullo labore, nullis deniq; quantislibet uigilijs
 id præstare potuerim. quæ res in causa est, ut in La-
 tinum sermonem à me conuersum non habueris.
 Quod reliquum igitur hīc desiderabitur, id ab alio
 interim dum fœlicius expectabis, nostro hoc la-
 bore, quantuluscunq; est, fruaris, eumq; boni con-
 sulas uelim. Vale, Lutetiæ, Calendas

Sextil. 1543.

© E Q. et

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

τὸ αὐτῶσόνων.

ἔργα ἢ λυπερογενῆς νῦν μοι φίλα, καὶ Διονύσῃ,
καὶ Μασέωρ, ἃ τίθησ' ἀνδράσιρ σὺ φροσύνῃσ.

τὸ αὐτῶ.

ἡγήγησάν τε δὲ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΣΟΛΩ-
ΝΟΣ ΣΩΖΟΜΕΝΩ.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΥΡΤΑΙΟΥ,
πρὸς πολεμικῆς ἀρετῆς.

ΕΠΑΙΝΟΣ ΤΟΛΜΗΣ.

Ὅτ' αἰ μνησαίμεν, ἔτ' οὐ λόγῳ ἀνδρατιθέμεν,
ἔντε ποδῶν ἀρετῆς, ἔτε παλαιοδοσιῶν.

ἔδ' αἰ λυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίῳ τε,
νικῶν ἢ θέων θρῦνιον βορέην.

ἔδ' αἰ τιθωνοιοφύλιν χερσὶν ἔσθρος ἔη,
πλευροῖν ἢ μίδρεω καὶ λινύραο πλέρω.

ἔδ' αἰ τανταλίδεω πέλοπος βασιλῆος ἔσθρος ἔη,
γλῶσσαν δὲ ἀδρήστου μελιχόγηρῳ ἔχοι.

ἔδ' αἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πηλὴν θέριδος ἀλκῆς.

ἔο γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται οὐ πολέμῳ,
αἰ μὴ τετλαῖ μὲν ὄρωρ φόνον αἵματόντα,
καὶ δαίμων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἰσάμενος.

Eiusdem Solonis.

*Nunc autem Veneris & Bacchi munera grata mihi sunt,
Et Musarū, quæ gaudio homines afficiūt & recreant.*

Eiusdem.

Senesco autem semper multa discens.

FINIS RELIQUIARVM
Solonis.EX TYRTÆO, DE
uirtute bellica.

AVDACIAE LAUS.

Non memorādus mihi uir, nec in precio habendus nū
Seu uirtutis pedum seu gratia luctæ: (detur
Neq; si Cyclopus habeat magnitudinem & robur,
Et currendo uincat Thracium Aquilonem:
Et forma sit uel ipso Tithono præstantior,
Et locupletior quàm aut Midas aut Cinyras reges:
Neq; si Fantalidem Pelopem regno uincat,
Linguamq; Adraſti ſuauiſſimam habeat.
Neq; ſi gloriã omnē præter bellicã fortitudinem habeat:
Non enim uir bonus eſt in bello,
Si non ſuſtineat cædem uidere cruentam,
Et propius hoſtem ſtare cupiat.

ἔδ' ἀρετὴ τὸ δ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισι μᾶλλον,
 καλλιγόν τε φόβον γίγνεται ἀνδρὶ νέω.

15 ξυγόν δ' ἐσθλὸν τῷ το πώληί τε παπτί τε δάμω,

ὅστις ἀνὴρ διαβάς ἐν προμάχοισι μόνῃ
 πωλεμέως, αἰχρᾶς ἢ φυγῆς ἐπιπάγχυ λάβηται,
 ψυχὴν καὶ θυμὸν τλῆμονα παρθέμενος·
 θαρσύνῃ ἢ πεισῆν τὸν πλησίον ἀνδρα παρσῶς,

20 οὗτος ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ.

αἰψα ἢ δυσμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε φάλαγγας
 τρηχέας, παρ δ' ἄ τ' ἔχεθε λῦμα μάχης.

αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμὸν,
 ἄστυ τε καὶ λαὸς καὶ πατέρ' σὺν λείσας·

25 πολλά διὰ σόβροιο καὶ κασίδου ὀμφαλοέσσης,
 καὶ διὰ θώρηκος πρόσθεν ἑληλαμένους.

τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι, ἢ ἢ γόβροντες,
 ἀργαλέω ἢ πόθῳ πᾶσα λίκηδε πόλις·

καὶ τύμβος, καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρείσημοι,

30 καὶ παῖδων παῖδες, καὶ γόνος ἐξοπίσω.

ἔδέποτε λιλῆος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, ἔδ' ὄνομι' αὐτῷ,
 αἰδ' ὑπὸ γῆς πόρ' ἐὼν γίγνεται ἀθανάτος,

ἔρτιν' ἀριστύνοντα, μόνοντά τε, μαρνάμενόν τε
 γῆς πῆρι καὶ παῖδων θῦρος ἄρης ὀλέση.

35 ἢ ἢ φύγοι μὲν λήρα ταυηλεγέος θανάτοιο,

νικήσας δ' αἰχμῆς ἀγλάου σῦχος ἔλοι·

πάντες μὲν τιμῶσι ὁμῶς νέοι, ἢ ἢ παλαιοί

πολλά ἢ τέρπνῃ παθῶν ἔρχεται εἰς αἰδῶν·

γηράσκων

Hæc uirtus est, hoc optimum inter homines præmium,

Et maximè decorat uirum iuuenem, à quo geritur.

Commune hoc bonum est ciuitati, & uniuerso populo,

Si quis uir progressus inter pugnantes in prima acie
Cōstanter, turpisq; fugæ prorsus obliuiscatur (maneat

Vitam & animum patientem obijciens periculo.

Animetq; ad mortem obeuntem proximū uirum astant:

Hic uir bonus est in bello.

Statim uerò hostium in fugas uertit phalanges

Asperas, suaq; industria prælij fluctus regit.

Ipsè aut in prima acie prostratus charam amittit uitam,

Ciuitatem, & populos, & patrem honestans:

Multis per pectus & scutum rotundum uulneribus,

Et per thoracem ab anteriore parte sauciatus.

Hunc uerò lugens pariter iuuenes, senesq;

Et graui desiderio tota ciuitas funus ipsius psequitur.

Huius sepulchrum, et liberi inter homines præclari sunt,

Itemq; nepotes, & omne posterorum genus.

Nunquam eius bona gloria interit, neq; nomen ipsius:

Sed quamuis sub terra sit, manet immortalis.

Quem se fortiter gerentem, manentemq; et pignantem,

Pro patria & liberis uehemens Mars peremerit.

Quod si effugerit sortē mortis longū inducentis soporē,

Et uictoria potitus splendidam gloriā pugne auferat.

Ipsū ex æquo omnes iuuenesq; senesq; colunt,

Multisq; iucundis affectus ad orcum abit.

Senscens

39 βράσχωρ δ' ἀσπίσι μετακρέπει, ἕδ' ἑ τις αὐτὰρ
 40 βλάβηεν, ἕτ' αἰδῆς, ἕτε δίνης ἔβλεει·
 πάντες δ' ἐν θώποισιρ' ὁμῶς νεοί, οἳ γε λατ' αὐτὸρ
 ἔκυσ' ἐκ χώρης, οἳ τε παλαιότ' ὄροι.
 ταύτης νῦν τις ἀνὴρ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἰκέσθαι
 παρὰ δ' ὠ, θυμὸν μὴ μεθείης πολέμῳ.

τὸ αὐτὸ, ἢ Καλλίνῳ.

- 44 μέγιστον κατὰ κείθε, λίσσ' ἄλκιμον ἐξέτε θυμὸν
 ὦ νεοί; ἕδ' αἰδέσθ' ἀμφιπύρηνονας
 ἔλε λιλῶ μεθιόντες, ἐν εἰρήνῃ ἢ δουεῖτε
 ἠΐθαι, ἀτὰρ πόλεμος γαῖαν ἅπασαν ἔχει.
 σὺν νῦν τις ἀσπίδα θέσθω ἐναντιβίως πολέμῳ.
50. λαί τις ἀποθνήσκωρ ὕστατ' ἀκοντισάτω.
 τιμῆσ' ἄν τε γάρ εἰσι λαί ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι
 γῆς πέρι, λαί παίδων, λιπιδίης τ' ἀλόχῃ
 δυσμονέτιν. θανάτῳ δέ ποτ' ἴσεται, ὅσσοτέ τις δὴ
 μοῖραι ἐπικλώσῃσ'· ἀλλά τις ἰθὺς ἴτω,
- 55 ἴγχοσ ἀναχόμενεσ, λιχί ὑπ' ἀσπίδοσ ἄλκιμον ἦτορ
 ἔλσασ τὸ πρῶτον μιγνυμόνσ πολέμῳ.
 ἕ γάρ πωσ θανάτῳ γε φυγῆρ εἰμαρμόνον ἔστ' ἴρ
 αὐδρ', ἕδ' εἰ προγόνωρ ἢ γένοσ ἀθανάτων
 πολλὰ κεν δεισιπύττα φυγῶν λαί δ' ἔπειρ ἀκόντων
- 60 ὄρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα λιχόν θανάτου.
 ἀλλ' ὁ μὸν ἕνε ἔμπασ δῆμῳ φίλωσ, ἕ ἢ ποθεινὸσ
 πόρ δ' ὀλίγοσ σενάχει, λαί μέγασ, λῦν τι πάθει.

*Senescens autem inter ciues præcellit, neq; quis illum
 Ledere, nec irreuerenter nec iniuste cupit.
 Omnesq; in sedibus iuuenes simul & æquales
 Loco cedunt ei, quiq; maiores nati sunt.*

*Huius igitur uirtutis ad summum peruenire, nunc aliquis
 Nitatur animo, non remittens bellum.*

Eiusdem : aliàs Callini.

*Quamdiu torpetis? quando strenuam habebitis animam
 O iuuenes? an non ueremini uicinos,*

*Ob tantam ignauiam? In pace autem uobis uidemini
 Sedere: sed bellum totam regionem infestat.*

*Quis scutum aliquis arte in prælio hosti obtendat;
 Et aliquis moriens ultimò iaculum emittat.*

*Honori enim est & ornamento uiro, pugnare
 Pro patria & liberis & tenera uxore*

Aduersus hostes. Mors autem aderit, quandocunq;

Parce destinauerint. Sed age quispiam rectà pergat

*Extenso in altum gladio, & sub scuto forte pectus
 Foueat, cum primùm incipit committi pugna.*

Non enim mortem effugere fatale est.

Virum, neq; si à maioribus immortalibus genus ducat:

Sæpe quis elapsus è pugna, sonituq; telorum

Euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.

Atq; hic sanè nec amicus est populo, nec gratus :

Illū uerò magnus et paruus deflent si quid passus fuerit.

Vniuersus

λαῶν γὰρ ξύμπαντι πόθος ἱρακτόβροφος ἀνδρῶν
θνήσκοντος, ζῶων δ' ἄξιος ἡμθέων.

65 ἡσπέρ γὰρ μιν πύργου οὐ ὀφθαλμοῖσι μὲν ὀρῶσιν,
ἐρδία γὰρ πωδῶν ἄξια μοῦνος ἐὼν.

τῷ αὐτῷ.

ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνίκητον γένος ἐστὶ,
βαρσῆτ' ἔσπευσὺς αὐχόνα λοξὸν ἔχει.

μηδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδ' φοβῆσθε,

70 ἴθυσ δ' ἐς προμάχους ἀσπίδ' ἀνὴρ ἔχέτω,
ἔχθραν μὲν ψυχῷ θέμενος, θανάτου ἢ μελαίνου
αὐγαῖσι μὴρας ἡελίοιο φίλας.

ἴστε γὰρ ὡς ἄρειος πολυδικηγύτης ἔργ' ἀείσθηλα,
σὺ δ' ὀργῷ ἐδάητ' ἀργαλέου πολέμου.

75 καὶ μετὰ φρονόντων τε διωπόντων τ' ἐγυῖεσθε,
ὦ νέοι, ἀμφοτέρω δ' εἰς λόρον ἡλάσατε.

οἱ μὲν γὰρ τολμῶσι παρ' ἀλλήλοισι μόνοντες,
ἐς τ' αὐτοχρῆδιον καὶ προμάχους ἰόναι,
παυρότεροι θνήσκουσι, σάουσι ἢ λαὸν ὀπίσω,

80 τρεοσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετῆ.

οὐδ' εἰς δ' αὖ ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσειν ἔκαστα,

ὅσ' αὖ ἀιχρὰ πάθη, γίγνεται ἀνδρῶν ἡκανῶ.

ἀργαλέου γὰρ ὀπίωδε μετὰ φρονόμ' ἐστὶ διαίξιον
ἀνδρῶν φρόντος ἀπὸ τῶν ἐν πολέμῳ.

85 ἀιχρὸς δ' ἐστὶ νέους ἡατακείμενος οὐ λιονῆσι
νῶτορ ὀπίωδ' ἀιχμῇ δαυρὸς ἐληλαμένος.

Vniuersus enim populus uirum fortem desiderat
 Defunctum, uiuentem uerò instar semidei colit!
 Nam coràm intuentur illum uelut turrim:
 Quippe solus multorum æquat facinora.

Eiusdem.

Veruntamen Herculis genus inuictum estis:
 Confidite, nondum Iouis facies auersa est à nobis.
 Nec hominum turbam formidetis, aut metuatis,
 Quin rectà quisq; hostibus scutum obuertat
 Inuisam amissurus animam, mortisq; nigrum,
 Sed solis splendori gratum subiturus fatum.
 Nostis enim quàm grauia sint Martis luctuosi opera,
 Nostis etiam impetum permolesti belli.
 Et quandoq; fugistis ipsi, quandoq; alios fugastis,
 Iuuenes, utrunq; satis experti estis.
 Nam ex illis qui audent unà persistentes
 Cominus in hostes aduersos impetum facere,
 Perpauci occidunt, retroq; seruant populum:
 Timidorum autem uirorum omnis perit uirtus.
 Vix autem aliquis uerbis explicare possit,
 Quanta incurrat mala, uir qui se turpiter dederit,
 Ignominiosum namq; est tergum sauciare
 Viri fugientis in aduerso prælio.
 Turpe quoq; est cadauer in puluere prostratum,
 Aq; tergo hastæ cupide uulneratum.

ἀλλ' ἄ τις σὺ δειχθᾶς μενέτω ποτὶν ἀμφοτέρωσι
 φειχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδῶσι διακῶν·
 μηρῶς τε κνήμας τε λιάτω, καὶ θόρονά καὶ ὄμους

90 ἀσπίδος σύρσης γαστρὶ καλυψάμενος.

δειξιτόρῃ δ' ἐν χειρὶ τινασέτω ἕβριμον ἔγχος,
 λιπέτω δ' ἵλόφου δεινὸν ὑπὸρ κεφαλῆς.

ὄρδιον δ' ὄβριμα ἔργα διδασπέωδω πολεμίζειν,
 μηδ' ἐκτὸς βελέωρ ἐθάτω ἀσπίδι ἔχωρ.

95 ἀλλ' ἄ τις ἐγγύς ἰὼν, αὐτοχεδὸν ἔγχει μακρῶ
 ἢ ξίφει ὑτάζων δῆτιον ἀνδρ' ἐλέτω·

καὶ πόδα παρ' ποδὶ θεῖς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδι ὄρείσκῃ
 ἐν ἵλόφου τε λόφω, καὶ λιπέτω κινέη.

καὶ φέρνον φέρνω πεπαλημένους ἀνδρὶ μαχέσθω,

100 ἢ ξίφος ἰώπλι, ἢ δόρυ μακρὸν ἐλῶρ.

ὁμῆς δ' ὠγυμνήτες ὑπ' ἀσπίδος ἀλλοθεν ἄλλος
 πῆσασοντες, μεγάλοις βάλλετε χόρμαδιόις,

δύρασί τε ξεστοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτῶς,
 ταῖσι πανοηπλῆαις πλησίον ἰθάμενοι.

τὸ αὐτὸ.

105 τεθνάμενοι γὰρ ἱαλὸν ἐπὶ προμάχοισι πρῶντα
 ἀνδρ' ἀγαθόν, πόρῃ ἢ πατρίδι μαρνάμενον.

τιλὸν δ' αὐτῶς προλιπόντα πόλιμ καὶ τῶνας ἀγρῶς
 πῆροχούειν, πάντων ἔσ' ἀντιρότατον,

πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι,

110 πασὶ τε σὺν μικροῖς, λιβεδίη τ' ἀλόχῃ.

ἔχθρος

Sed progressus quissiam maneat firmus utroq; pede
 Terræ infixo, labia dencibus præmordens:

Femora & tibias infernè, nec non pectus humerosq;
 Lati clypei umbone contegens,

Dextra uerò manu ualidam hastam torqueat,
 Terribilemq; in capite cristam excutiat.

Fortia aggrediens facta discat bellare,
 Nec à telis procul absit clypeum gerens.

Sed congregiens quissiam, cominus longa hasta
 Vel gladio percussurus, socium sibi accipiat:

Pedem pedi iungens, clypeumq; clypeo admouens,
 Nec non cristam cristæ, galeamq; aptans galeæ.

Pectoriq; obuerso pectore contra hostem pugnet,
 Vel gladij capulo, uel hasta prælonga arrepta.

Vos autem leuis armaturæ nûlites sub scutis aliunde alij
 Trepidantes, grandibus pugnate lapidibus,

Hastasq; leues contorqueate in hostes,
 Vestram prope armaturam permanentes:

Eiusdem.

Præclitrum est, in prima acie si occidat
 Vir ionus, pro patria sua pugnans.

At qui uiræ suæ pinguibuscq; aruis relictis
 Mendicare cogitur, omnium est miserrimus:

Eum chara matre uagans, & sene parente,
 Cumq; paruulis filijs, & adolescemula uxore:

ἔχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσεται ὅς λιονίηται,
 ζηημοσύνη τ' εἰκὼρ καὶ θυγὸρ ἠωνίη.
 αἰχμῶν τε γένος, κατὰ δ' ἀγλάου εἶδος ἐλέγχει,
 πᾶσα δ' ἀθυμία καὶ λιανότης ἔπεται.

115 εἴθ' ὅπως ἀνδρὸς τοι ἀλωμένους ὄλεμι ὧρη
 γίγνεται, ὅτ' αἰδῶς εἰς ὀπίσω τελέθει.
 θυμῷ γῆς πέρι τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παίδων,
 θύητικῶν, ψυχῶν μηκέτι φειδόμενοι.
 ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μόνοντες,

120 μηδ' φυγῆς αἰχρᾶς ἄρχετε, μηδ' φόβου.
 ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμῷ,
 μηδέ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μακρᾶν ἀμνοιοι.
 τῶν ἤ παλαιότερος, ὧρ ἄνετι γύναιτ' ἔλκφρα,
 μὴ καταλείποντες φύγετε τῶν γοβαῖδων.

125 αἰχρῶν γὰρ δὴ τῶτο μετὰ προμάχοισι πεισόντων
 λιεῖσθαι πρόσθε νέων ἀνδρῶν παλαιότοτον,
 ἦδη λυκῶν ἔχοντα λιάρη, πολίον τε γένειον,
 λιμὸν ἀποπνέοντ' ἄλκιμον ἐν λιονίη,
 αἰματόντ' αἰδοῖα φίλων ἐν χόρσιν ἔχοντα,

130 αἰχρᾶτά γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητόρ' ἰδέων,
 καὶ χεῖρα γυμνωθέντα. νέοισι ἤ παύτ' ἐπέοικον,
 ὄφρ' ἄφα τῆς ἠβῆς ἀγλάου ἀνθος ἔχη.
 ἀνδράσι μὲν θνητοῖσιν ἰδέων, ἐρατὸς ἢ γυναιξὶ
 ζωὸς ἐὼν, λιάλος δ' ἐν προμάχοισι πεισόν.

135 ἀλλὰ τις σὺ διαβάς μόνετιω ποσίην ἀμφιέροισι
 σφειχθεῖς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδῶσι διακῶν.

Τέλος τῶν Τυρταίων.

Inuisus namq; erit ad quoscunq; peruenerit,

Indigentia uictus & odiosa paupertate.

Genus suum infamat, & formam decoram turpat,

Omnis generis anxietas, & mala eum sequuntur.

Tandem sic errantem hominem nulla (decori) cura

Afficit, nec pudor ullus in posterum est ei.

At nos animo forti pro terra hac pugnemus, & pro libe-

Moriamur, nequaquam uitæ parcentes.

(ris

O iuuenes, arctè inuicem iuncti pugnate,

Neq; turpis fugæ, aut timoris initium facite.

Sed magnum fortemq; concipite animo impetum:

Nec pugnantem aduersus hostes uitæ rationē habete.

Veteranis autem, quorum genua non amplius sunt agilia

Grandeuis relictis ne fugite.

Turpe enim est, si in prima acie prostratus

Iaceat ante iuuenes uir senior,

Candidum iam habens caput, barbamq; canam,

Animam efflans fortem in puluere,

Cruenta charis manibus pudenda tegens,

Quæ oculis intueri & turpe & indignum est,

Et denudata corpora: iuuenes aut prorsus decet,

Vt pubertatis flos sit eis pulcher.

Viris quidem mortalibus, & mulieribus uisu amabilis

Est uiuus ad huc strenuus aut, si in prima acie cecide-

Sed progressus ad pugnam q̄spiã mæeat utroq; pede (rit.

Terræ infixio, labia dentibus præmordens.

Finis Carminum Tyrtæi.

III 3 EX

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

Quæq; imitata suæ est, hanc pondus inutile dicas.

Quæq; canem, hæc onus est graue moribus effera fecdit.

Quæ sed apem, illa domum assiduo regit apta labori.

Huius amice proci iucundas appetet edas.

Aliud eiusdem,

Curam rebus egens exerce fertilis agri,

Est ager, ut perhibent, ex quo tibi copia rerum.

Hoc quoq; Phocylida est: genus effert nobile multos,

Nec uerbis, nec consilio quos gratia tangit.

**TYRTÆI, DE VIRTUTE
militari.**

N*Ec memor hunc referã, dignũ nec laude putarim.*
Vt ualeat cursu, lucta uirumq; probet.

Vt molem referat uastam, uiresq; Cyclopum,

Threïcium boream cursor & antecet.

Augeat ut plus huic Tithono gratia formam,

Vtq; Mide, aut Cynare ditior æquet opes.

Tamalide Pelopi maiestas æquet ut illum,

Adrastoq; parem lingua diserta probet.

Deniq; laude uacet nulla: nisi & edere pugnas

Audeat, hic armis utilis esse nequit.

Sanguineas non sustineat, non cernere cedes,

Nec propè stans hosti conserat ipse manus.

Hæc uirtus, homines cui maxima premia debent,

Pulcrum hæc iuueni re nihil esse potest.

Vir commune bonum est toti cum ciuibus urbi,
Martis opus primo qui gerit acre loco.

Bellandi nil mente fugam suadente labores,

Qui pro laude mori promptus, & arma subit;

Hic socium confirmat, ut & cadat ipse sub armis,

Ille graues pugnas, ille uir aptus adit.

Inq; fugam celerem hostiles agit ocyus alas,

Sustinet & belli fluctibus acer agi.

Vnde cadens inter primos animæ euomit auræ;

Hac solet urbs, ciues laude, paterq; frui.

Sauciat huic pectus clypeum hasta secante rotundum;

Thoracemq; acie iam penetrante quatit.

Hoc dolor acris agit iuuenes pereunte, senesq;

Vrbs desiderio totaq; tacta gemit.

Busto cuius honos manet, & sua fama nepotes;

Natorumq; genus sera propago trahit.

Nec decus huic clari perit ullo nominis euo,

Quo, cum terra tegit, nescius ille mori est.

Quæ Mars præstante, atq; ausum huius adire tumultum;

Pro patriæ orbe neci, progenieq; dedit.

Effugit hæc quod si post acta pericula mortem,

Victorem meriti gloria quanta manet?

Hunc iuuenum magno dignatur honore, senumq;

Turba, bonisq; orcum pluribus usus adit.

Hunc senio curans confectum, ac ledere ciues

Nolunt, & tribunt iusq; fidemq; uiro.

Versus.

Cedunt huic iuuenes uicini, huic cana senectus.
Sponsæ locum, & sedem, cum uenit ille, suam.
Istius ergo decet superare cacumina laudis,
Præseniꝫ; geri pectore Martis opus.

Alia Tyrtæi, aut Callini.

Quò uirtus uestra usq; iacet, uigor unde redibit
O' iuuenes, hostem nil tolerare pudet?
Ebria mens adeò est, ut uos in pace putetis.
Nunc positos, bellis cum loca nulla uacent.
Ergo quis aduersum nunc arma capeisset in hostem,
Et mittet moriens ultima tela manus
Laus est pro patrijs armari maxima regnis
Adserat ut natos, coniugijq; decus.
Mors aliàs, non bella geras licet, imminet ultro,
Cum Rex & statuunt, quem uoluere diem.
Muniti clypeo robustum pectus aheno
Obijciant hastas, cum furor arma mouet.
Legè licet nulli fatorum euadere mortem,
Sit soboles superæ stirpis alumna licet.
Forte minas belli, & stridentia tela per auras
Qui fugit, hunc prensam mors decat atra domi.
Sed nec amore pari urbs, nec desiderio excipit illum,
Laudem ceu populi totius alter habet.
Vrbs desiderio quo tota iacente laborat,
Hunc & semideis annumerare solet.

*Ceu turrim ante oculos altam quem penè tuentur;
Nam, multi poterant quæ minus, unus obit.*

Alia Tyrtaei.

Quæ uos esse probent genus Herculeum, edite uires:

Vobis ira Iouis nulla recusat opem.

Agrine stipatas ne formidate cateruas,

Dirigite in primos ætèd scuta uiros.

Temnite nunc animas, uitamq; efflare sub auræ;

Quas radij illustrant Sole micante, iuuat.

Martis opus dubio ferri lachrymiabile casu

Nostis, et hunc pugnas quæ iubet ira sequi:

Sepe fugam uisi dare, sepe reducere palmam

Estis, utroq; labor uos saturasse potest.

Ergo manent casus cunctis qui uiribus omnes,

Et, quos primus habet comminus ordo, petunt:

Horum se plures seruant, patriosq; penates,

Fracta metu uirtus robur inane trahit.

Ac tantam uim nemo potest aperire malorum,

Cum foedo iungi quanta timore solent.

Triste coacta metu dare terga sequacibus armis,

Et grassante leuem Marte subire fugam.

Prostratum in faciem quàm uisu immane cadauer,

Cuius hiant multo uulnera dorsa, uiri?

Ergo pedem terris quis figat utrumq; manendc?

Mordicus infixò labraq; dente premat:

Crura, se murq; tegi, pectusq; humerosq; ualentes,
 Omnem umbone feram uim prohibente, decet.
 Dextra manus ualidam uibrando torqueat hastam,
 Terribilem cristam concutiatq; caput.
 Egregios belli quis discat obire labores,
 Nec teneat clypeum qua nihil arma timet.
 Ille propinquantem ferri petat acrius ictu
 Hostem, seu stricto sauciat ense suum.
 Et iam constipate pedem pede, scutaq; scutis,
 Ac galeas galeis ritè, iubasq; iubis.
 Consertoq; uirum iam pectore sternat humi uir,
 Dum capit aut hastam, seu ferit ense manus.
 At leuia est quorum labor hostibus arma minari,
 Grandia pugnaci spargite saxa manu.
 Spicula tum ualidis torque te polita laceris,
 Stantes, tentat ubi rem cataphracta cohors.

Alia eiusdem.

Pulcra mori laus est in pugnantis agmine primo
 Illum, pro patrio qui gerit arma solo.
 At qui linquit agros patriam cum pinguibus urbem
 Mendicans, graue nil huic magis esse potest.
 Qui cum matre cibos, canoq; parente per orbem,
 Cum natisq; suis, coniugioq; petit,
 Hoc uelut hoste pauent, quoscunq; frequentat, amici,
 Paupertas odio cui libet esse facit.

Et genus illa graui, formamq; pudore fatigat,
 Nullus honos illam, tristia multa manent.
 Hoc miser esse modo qui coepit, ad omne laborat
 Tempus, & huic homines ferre uercentur opem.
 Ergo animo patriam forti, natosq; tueri,
 Nec fragili uitæ parcere iure decet.
 Viribus o iuuenes iunctis nunc edite pugnas,
 Nemo metu turpem tenet inire fugam.
 Presenti uirtus animo nunc concitet iram,
 Prælia non uitæ linquere cogat amor.
 Neue uiros, quorum nunc membra semelia languent,
 Desertos sociæ turba relinquat opis.
 Est uisu, quia fœdum, acies quem prima tenebat,
 Ante pedes fusum cæde iacere senem.
 Qui caput est niueum, canis cui barba renidet,
 Lumine quem cassum, & robore puluis habet.
 Quiq; cruem a manu attrectante uirilia condit,
 Nil oculis illo fœdus esse potest,
 Corpore si nudo iacet. Acrem ætate iuuentam
 Omnia, dum ualet hæc flore uigente, decet.
 Ut spectare uir banc uirtutem, & fœmina possint,
 Ordine uir primo non sine laude cadit.
 Ergo pedem terris quis figat utrunq; manendo,
 Mordicus infixio labraq; dente premat.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

Sententiæ.

47

Ex eodem.

*Ipse suo regno ditio neq; coninet omnes,
Nec gerit imperium tantum ex mortalibus ullus:*

Eiusdem Solonis.

Omnibus atq; uiris mens est obscura deorum.

Eiusdem.

*Legibus his oro primum rex Iuppiter adsit:
Fortunamq; serat fœlix, nomenq; secundet.*

Apollo ad Solonem.

*Puppe gubernator media stans dirige cursus:
Subsidio multi uenient, ne differ, Athenis.*

Eiusdem Solonis.

*Grataq; sunt Veneris nobis, et dulcia Bacchi,
Quæq; uiris Musæ munera leta ferunt.*

Eiusdem.

Dum propero ad senium, discere multa libet.

Finis carminum Solonis.

E' TYRTÆO. CLAVD. MONA
fello interprete.

Non ego uel cursus, uel clara nomine lucte,
Commemorare uirum nec celebrare uelim:
Nec si corporeis Cyclopæ uiribus æquet,
Et celerem currens anteuolet boream:
Nec si Tithono fuerit formosior ipso,
Sitq; Mida longè ditior, aut Cmyra:

D

Nec

Nec si uel Pelope audaci mage regius esses,
 Linguaq; Adrastæo plena lepore fluat.
 Nec si laus omnis foret huic, nisi bellica uirtus:
 In bello quoniam strenuus esse nequit:
 Si non sustineat cædem spectare cruentam,
 Conserat & denso primus in hoste manuum.
 Illa quidem uirtus, atq; optima præmia ferri
 A iuuenes ingenti nec sine laude solent.
 Spes & fida salus populi est totius, & orbis,
 Qui primos inter continua arma gerit.
 Nec fugere omnino didicit, nec uertere terga,
 Audaci est animo: cuncta pericla subit.
 Hortaturq; mori socium & discrimina ferre,
 Ille uir in bello strenuus unus erit.
 Iamq; hostile premens magna ui contudit ægmen,
 Rexit & arbitrio nobile Martis opus:
 Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,
 Nobilitans patriam, nobilitansq; patrem,
 Postquam ictus crebros dissecto umbone recepit,
 Vndiq; uulneribus saucia membra gerens:
 Illum omnes pariter deflent iuuenesq; senesq;
 Et summa exequias urbs pietate facit.
 Multus honos tumulo, natisq; rependitur ei,
 Et soboli illorum, quæ genus inde trahet.
 Non decus illius, celebris nec fama peribit:
 Immortalis enim est, si tlicet in tumulo,

Quisquis

Quisquis in arma ruens, nec sæuo à Marte recedens:

Pro patria & natis fortiter occiderit.

Si uerò incolumis mortem uitarit acerbam,

Rettuleritq; sua parta trophæa manu,

Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;

Et bona percipiens plurima lætus obit.

Affectus senio toti gratissimus urbi est,

Prorsus & hunc ipsum ledere quisq; cauet.

Turba senum iuuenumq; loci concedit honorem,

Nullus & equalis se equiparare uelit.

Ergo aliquis tantæ uirtutis tangere culmen

Conetur, toto pectore bella petens.

Eiusdem uel Callini.

O iuuenes, quid uult sibi tanta ignauias? ubi nam

Sunt animi? num de finitimis rubor est

Segnitiam ob uestram? securo pace potiri

Creditis, at bello patria tota tremat.

Quilibet audacter mauortia surgat ad arma,

Atq; aliquis moriens ultima tela uibret.

Pro patria pulchrum est natisq; & coniuge charâ

Pugnare, & ualida bella cedere manu.

Mors aderit, cum fata uolent. iam quis mihi rectâ

Prodeat in pugnam, cum citò cœpta fuit,

Tollens terribili gladium uirtute, tegensq;

Fortia prægrandi pectora sub clypeo?

Effugere haud ulli mortem conceditur, etsi

A superbi ortum duceret ipse suum.
 Sæpe quis à bello, telisq; reuersus, & hoste,
 Repperit in proprijs edibus exitium:
 Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis ulli:
 illum autem deflet cum iuniore senex.
 Quippe sui desiderium post fata relinquit
 Fortis, at in uita est semideo similis:
 Conspicitur siquidem ueluti fortissima turris:
 Nam quæ multi agerent, omnia solus agit.

Eiusdem.

Alcidae sed enim genus insuperabile, forti
 Este animo: nondum flexa Iouis facies.
 Vos ne turba uirum, densus ne terreat hostis:
 Omnis in aduersos obuia tela gerat.
 Inuisamq; adeo statuens abrumpere uitam,
 Precipiti cursu malit abire semel.
 Nostis enim quàm sine horrendia prælia Martis,
 Nostis & armigeræ quanta sit ira deæ.
 Terga cecidistis partim, partimq; fugati
 Estis, & experti scitis utrunq; satis.
 Qui perstant simul, & primi certamina tentant.
 Audentes animo cominus arma sequi,
 Perpauci moriuntur, & à tergo agmina seruant.
 Ast hominis timidi gloria tota perit.
 Vix mala quis uerbis perstringere singula possit,
 Quæ uir, qui in bello turpia gessit, habet:

Nempe

Nempe ingens ignominia est, fugitare parantib;
 Lethali gladio terga secare uiri.

Turpe & puluereæ stratum tellure caduer,
 Dorsa gerens crebris saucia uulneribus.

Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;
 In terra, stricto dente labella premens:

Et latum obijciens clypeum protendat ad ictus,
 Quisemora, atq; humeros, pectus & omne tegat.

Atq; manu dextra robustam torqueat hastam,
 Et summo pendens uertice crista tremat.

Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem;
 Nec procul à telis perstet habens clypeum.

Congrediens aliquis gladium iubrando, uel hastam,
 In pugnam, socium cominus accipiat.

Cum pedibusq; pedes, cum scutis scuta coaptans,
 Cum crista cristam, cum galea galeam.

Et pectus iungens cum pectore, pugnet in hostem,
 Siue tenens hastam, siue tenens gladium.

At uos, qui leuibus nudi trepidatis in armis,
 Grandia praeualida mittite saxa manu.

Atq; hostes contra teretes torqueate sagittas:
 Nec quis ab armatis ausit abesse uiris.

Eiusdem,

Gloria magna uiri est, qui primas ante phalangeas
 Occubuit, patriæ nomine bella gerens.

At miserum est, aliquis patria cum pulsus & agris,

D 3

Mendicâs

Mendicans uictum quaerit ubiq; suum.
 Et chara cum matre, sene & genitore uagatur,
 Vxorem iuuenem & pignora parua trahens.
 Namq; odiosus erit, quamcunq; migrarit in urbē,
 Vt qui pauperiem per graue gestet onus.
 Et genus infamat, & formæ turpat honorem.
 Deniq; & anxietas & dolor omnis adest.
 Atq; uiri tandem per tot uiscrimina tracti
 Quis pudor? aut quæ animum tangere cura potest?
 Has nos pro patria, & natis moriamur in armis,
 Nec uitam metuat perdere quisq; suam.
 O iuuenes propè conserti Mauortis obite
 Prælia, nec turpi uertite terga metu:
 Audaces quin este animis, & pectore forti,
 Inter pugnandum nec sit obire graue.
 At queis iam nec membra uigent, et quassa pedum uis,
 In bello pudeat deseruisse senes.
 Infame hoc & turpe nimis, iuuenum ante cateruas,
 In primis senior, si cadat agminibus:
 Cans iamq; gerens barbæ, capitisq; capillos,
 Exhalans animam pulueream per humum:
 Atq; tenens manibus respersa cruore pudenda,
 Cernenda iratis non nisi luminibus.
 Omnia persimilis iuueni, conamine magna,
 Vt pubertatis flos sibi detur, agit.
 Ille oculis hominum gratus, dum uiuit, habetur.

Sententia.

49

*Strenuus at primis cæsus in agminibus.
Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;
In terra, stricto dente labella premens.*

E' NAVMACHIO, SIM.

Vallamberto inter-
prete.

Expertem ueneris satius mansisse, pudore
Indomito, & puris meditari gaudia curis;
Atq; utero nullum grauidami tollere pondus,
Lucinae & duros non formidare labores.
Ast in fœmineo reginam aecumbere coetu,
Mentis eo uitæ mittentem lumina, uerum
In qua connubum pulchrumq; iugatur, & in qua
Diuinis claros monitis parit obsita sensus.
Quòd si te ignotæ uitæ subit alta cupido,
Dicam equidem prudens, qua turatione secundis
Hanc ducas nauem uentis, ac pectore leto.
Hic tibi sit coniux quem decreuere parentes.
Viues, si fueris prudentem nacta, beatè.
Sin secus, hunc animo fas est tolerare libenter.
Quod si quid suadens prudenti fuderit ore,
Obsequitor. morum nec sit discordia, blandis
Ac potius uerbis tristes huic exime curas.
Est indignanti coniux doctrina marito.
Ille foris tractet quæ possit munera rerum.
Ipsa domus custos priuatam suscipe curam.

D 4

Fœmi-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

*Dolor & calamitas. Si mihi tribuit fidem,
Se nullus ultro cruciet indulgens malis,
Animum tenaci nec dolore exerceat.*

Eiusdem.

*Homo cum sis, nihil affere stabile.
Nec ubi uideris hominem, certa
Spacia etatis promitte. etenim
Musca uolucris res in morem
Inconstantia rotat humanas.*

Eiusdem.

Nec ullus expers criminis nec mortis est.

Eiusdem.

Vt arma fugias, fata non fugies tamen.

Eiusdem.

*De luce cassis cor memoriam non supra
Vnum tenebit, si cor habeamus, diem.*

FINIS.

FRANCOFVRTI, EX OFFICINA
Ludouici Lucij, Anno Salutis hu-
manæ M. D. LXIII,
Mense Septembri.

Bayerische
Staatsbibliothek
München